



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XLVII. An, qui salutem amiserat, Fidem quoque per diderit Iesus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Christus personam sustinebat: ergo pendere debita nobis omnia debebat: in quibus desperatio. Ita Initit. 2. c. 16. §. 10. Ex propheta retulimus: fuisse propter scelera nostra à Patre percussum. Quibus significat, in locum sceleratorum, Sponsorem, Vadem, adeoque in terrae submissum, quod dependeret ac persolueret OMNES, quæ ab illis expetende erant. pœnas. Vnq; hoc excepto, Quod doloribus mortis non poterat detineri. Ibid. §. 11. Manu Dei perclusus, OMNIA irati & punientis Dei signa expertus est: Ergo & Desperationem. In Catechismo patruo querit: Quomodo fieri potest, ut Iesus Christus in tali fuerit Damnatio ne? Respondet: Non in ea fuit, vt in ea permaneret.

B E Z A in Matth. 27. Iesus in inferorum gurgitem immersus ciulat.

PERKINSVS Anglus Theol. in explic. Symboli: mitigat ista. Cum dormit homo, tū non separata est anima à corpore, sed velut mortua quiescit, nec animaduertitur. Sic conquievit Deitas, nec sua in Humanitate exercuit vires: Atque ita deserta videtur Humanitas: Deus mihi, Deus mihi: Haec sunt verba Fidei, aut fidei in Deo. Cur me deseruissi? Videntur fuisse verba diffidentia; sed non sunt: gemebat tantum ab magnitudinem supplicij. Ex quo Religionem non in sensu confistere disceimus; sed in Fide. Diffimulat sui Caluini excusationem; statuisse propriam expositionem: quam tamen hodie plerique Caluinistarum tenent fere communem.

A V T O R. 1. Blasphematus Caluinus & Complices sui. 1. Quia Christus non pertulit pœnam Damni, id est, priuationem visionis beatificæ: ergo non OMNES pœnas luit damnatorum. Fuit etiam ante passionem contemplator Essentiae diuinæ, id est, in statu beatitudinis: at hic est immutabilis: ergo & in passione, & posthanc persistit in illa. Non ergo desperauit unquam. 2. Non desperauit in cruce: 1. Quia Voci, Denuo

meus, &c. subiunxit hanc: Pater, in manu tuas. &c. 2. Beatitudo est vita æterna, ergo amitti nequit: eccl. desperauit: igitur Dominus?

3. Quia postilla, non desperantis, sed Admirantis derelictionem tantam, Deus meus. &c. continuò subiungitur Pl. 1. Longe à salute mea Beatitudinis, verba dilectorum meorum, quæ scilicet in me suscepimus quæ, ut corpus & anima sensuia sic & Verba mea sunt plena doloris. Vnde 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse portauit in Corpore suo super lignum: nō in Anima Rationali.

4. Quia Lutherani ob hæc talia Caluinianos dirè exagitant: certè permouunt & Heshusum, apud Schiltüselburgum Theol. Calu. lib. 1. c. 6. ut tragicè clamaret: Caluinista non tantum Deum transformant in diabolum: quod sine horro vix cogitari potest: Sed Christi Meritum ita etiam eleuant, ut digni sint, qui etiam infra inferos ablegentur. Horribilis accusatio hæc: quæ multum quoque negotiū facessit Bezae, in Absterfione calumniarum Heshusii. Sed absque successu, Pluravide infrā q. 48. & 49.

#### Q V Ä S T I O. XLVII.

An, qui Salutem amiserat, Fidem quoque perdiderit Iesum?

C A L V I N V S quidem, ut suprà quest. 29. adnotauimus; tria Christo tribuit quoad, Fidem. 1. Fide, ait, ut alius homo fuit predonus. 2. Fidem eius rectâ Satanus aggressus est: Sed Fide retinuit sibi propitium Deum. 3. Fidem inconcusam in tentacionibus, illasam in Passione conservauit.

A V T O R. Primum est hereticum; merum indicans Hominem esse Christum: Alterum est falsum: nam Obediens fuit



fuit Patri usque ad mortem. Tertium hic quia it; ipse negat alibi.

Verè hoc quidem; sed non benè. Veneremus cum Orthodoxis; vt feci liquere super quæst. 29. Nam Fide Christum vacasse, pro cuiusde Honore Diuino affiramus maiore ac gloria; Quòd ita necesse factu intelligimus.

*Non benè autem negat idem Caluinus;* quia ad iniuriam Christi negare conuinatur, i. Nam, si qua Fides infusa in hasisset Christo, ipsam fuisse eandem planè cum Christiana oportuit; cum una solum esse vera debeat: Atqui verò de nostra Christiana sic Caluin' in Matt. c. 16. v. 21. ait:

*Non reperit Fides nostra in Cruce, quo se sustenter vel erigat: Aded in ea nulla fuit.*

Ergo, i. Gal. 5. Euacuatum est scandalum Crucis? At infidelibus Iudeis, est scandalum, i. Cor. 1. Gentibus autem, & pereuntibus Hæreticis, sculetia est. Ideò Caluiniana fides nihil in cruce reperit.

2. Ecce contraria, per antitheses huc inducam, syllabatim collectas, & transcriptas ex CALVINISTIS hac super re.

I. BEZA in Confess. fidei Geneuenf. c. 4. §. 20. *Uelsola Fidei Scintillanos de salute se euro reddit.* Similiter CALVINUS Inst. lib. 3. c. 2. §. 19. *Curo primum vel Minima fidei Guitamentibus nostris instillata est; iam faciem placidam certo intuitu incipimus contemplari.* Age, totum illud caput pellege sis, cui licetum ac libitum.

At è contrà CALVINVS; (hic semel pro semper singulos allegabo) in Harm. in Mat. c. 26 & 27. Inst. lib. 2. c. 16. §. 10. 11. 12. Beza in Mat. lib. ibid & in epist. ad Hebr. 5. v. 7. Marloratus in Psal 22. *Christus ita se sentiebat à Deo esse relictum, quasi in eius conspirasset perniciem: Torquebatur anxietate conscientia, ac si infensus ei esset Deus.* Vbi hic fides Christi?

## II. Antithesis.

BEZA; Calu. *Fidei guttam qui habent, de sua salute securisant.* At è contrà Calu. Beza, Mar. *Christus metuit, ne absorberetur, ut peccator: ne malis obrutus succumberet: Profundam mortis abyssum exborruit.* Hic ubi fides Christi?

## III. Antithesis.

CALVINVS, BEZA: *Fidei guttam qui habent, ijs per Sp. Sanctum obfignatur, & reuelatur de Dei benevolentia certitudo.* At è contrà, ijdem, *Christus Dei consiliorum ignorantem adscribere sibi non veretur: & elapsa Desperationis voce id palans testatur.* Hic ubi fides Christi?

## IV. Antithesis.

CALVINVS, BEZA: *Fidei guttam qui habent, confidenter Mortis & diabolo insultant.* (Ex fide enim Apostolus deducit audaciam) At è contrà (iudem) *Christus inops consilii, horrore diuina maledictionis percussus & propè attornitus fuit: in uno Dolore ita occupatus, ut nihil cogitarit aliud; Sic dejectus fuit animo, ut virginete necessitate coactus fuerit clamare desperabundus, Deus meus. &c. Non fitò virgine aut theatricè, sed verè. Desperatione denique obrutus, ab innocando Deo desitit.* Hic ubi fides Christi?

Et tamen Caluinus clamat: *Christus ille sum in Passione fidem conservauit.* At è contrà, *Christus in omni vita sua ab Fide, vt debuit, vacauit.*

## Q V A E S T I O XLVIII.

*An desperando salutem peccatoris Iesu?*

CALVINISTAS in primis sua ipsorum scripta & commenta probant esse Antitheitas, Tritheitas, Autotheitas, Mylotheitas, Theomastrygas, ac tantum non Atheos. Eos verò dicere ac facere peccatorem Deum & Christum eius, vt proprium ijs, ita & solenne est. Vide sup. q. 17. K. 3. O. B.

